acq̄rere volens dixit asinus stultus
Lucrari cupiens inquit asellus iners
asinū cane corpis splēdor .s.ad laborē
Me catulo prefert vite nitor. vtile tergum
s^e dn̄o meo .i.vtilitate catul^9 ludis
Nec placeo fructu. sed placet ille iocis
s^e ego .i.ludēdo .i.tpe ɔgruo ad ludendū
Ludam. ludo placens sic ludi tempore viso
p ludū s^e asinus accedit dn̄o
Ut ludo placeat ludit ⁊ instat hero
.i.placere estimat rudens s^e dn̄i sui anteriorꝫ
Blandiri putat. ore tonans. humerosqꝫ priorum
ɔcussit ḡuitate estimat .i.delectabilē
Pressit mole pedum. se putat esse pium
vociferat dn̄s petit auxiliū aduenit .i.seruorꝫ
Clamat herus. vult clamor opem. subit ordo clientum
coartat mḡnis ꝓberib^9 fustis .s.asinū
Multa domat multo verbere claua reum
nō dedit .i.cū honore s^e facere
Quod natura negat nemo feliciter audet
.i.nō placet inabilis .i.placid^9 esse
Displicet imprudens vnde placere putat

Hic au.po.aliā fa.cui^9 documentū est q̄ stulti ⁊ imprudētes sepe credunt placere prudētib^9 p ea q̄ eis mag^9 displicēt Quodā em̄ tpe vir q̄dā caniculā habuit multū sibi dilectū. cui canis sepe cauda pedib^9 ⁊ ore suis alludebat Uidēs itaqꝫ asinus canē sic placere dn̄o suo cogitauit quō sibi arte tales cibos ⁊ fauorē apud dn̄m ɔseq̄ret. dicēs intra se Ego fortior ⁊ vtilior cane sum. tn̄ ipse plus placet ioco ⁊ ludo q̄ȝ ego fructu ⁊ vtilitate. volo etiā dn̄o sic placere meo. Un̄ egressus ad dn̄m vt instar canis luderet pedib^9 ɔcussit eū mouēdo aures caput ⁊ caudā suā putans sic placere dn̄o. Sȝ dn̄s pterritus cepit clamare. vn̄ serui accurrētes asinū diris fustib^9 ꝓberauerūt. adeo q̄ vix semiuiu^9 euadere potuit Moralit̄ sic stulti ⁊ insipiētes volunt se intromittere de his q̄ natura eis nō concessit. ⁊ fiunt inutiles in illis. ⁊ faciunt se confusos

De leone et mure

amena soporifero delectat
Rigida sopito blanditur silua leoni
currit cupiēs turba
Cursitat. hic murum ludere prompta cohors
excitat^9 capit s^e mus rogat
Pressus mure leo murem rapit. ille precatur
s^e leo orōem obedit leonis muris
Ille precem liberat. subiacet ira preci

pus cogitat in corde interēpto
Hoc tamen ante monet animo. quid mure perempto
honoris accipies fortes debiles redet
Laudis emes. summos vincere. parua pudet
morte .i. reū putet
Si nece dignetur leo murem. nonne leoni
vituperiū honor
Dedecus. et muri ceperat esse decus
super debilem fortis honor supare
Si vincat minimum summus. laus vincere non non est
supare decēs est viciū
Uincere posse decet. vincere crimen habet
honor gloria supare
Si tamen hoc decus ꝛ laus sit: sic vincere laus est
honor .i. a minori iīmico
Atq decus minimo fiet ab hoste minus
supati ꝯsequit laus supator
De precio victi pendet victoria: victor
tāte laudis supati laus
Tantus erit. victi gloria quanta fuit
recessit grāꝝ actōes donare s. mus
Mus abit. ꝛ grates reddit. si reddere possit
pmittit auxiliū .i. puū interuallū tpis
Spondet opem solus. fit mora parua dies
pq: .i. laqos intrat s. suis
Nam leo rethe subit. nec prodest viribus vti
qreloso rugitu incōmoda ꝯqueri
Sed prodest querulo murmure damna loqui
reuertit leonē vidit ꝯspexit retia dissoluit
Mus redit. hunc reperit: vidit loca. vincula rodit
hoc auxilio reddit auxiliū secur⁹ recedit
Hac ope pensat opem. sic leo tutus abit
valuit destrui astutia
Res potuit tanta minui prudentia muris
s. leoni tribuēs grates .i. ad nutū muris
Cui leo dans veniam. se dedit ipse muri
s. hō magna nō ꝯtemne .i. paupem
Tu qui summa potes ne despice parua potentem
p qr auxiliari nocere nō valet
Nam prodesse potest. si quis obesse nequit
Hic au. po. aliā fabulā. cui⁹ documentū est. q diuites ꝛ potētes debēt paupib⁹ misereri. etsi in quo deliqrint debēt ipsis indulgere. qr poterūt in

Cum commento

in posterũ paupes diuitibꝫ ꝓdesse. Istud innuit nobis ꝑ leonẽ et mur. qꝛ qͦdã tpe qͦdã leo dormiuit in nemore. vbi mures circũcirca cursitabãt ludentes Accidit aũt a casu ꝙ qͦdã mus leonẽ tetigerit ꝛ somnũ eiꝰ turbauerit. Vñ leo turbatus apprehẽdit murẽ. cui mus ait. O leo tua mihi ꝑcat nobilitas. qꝛ nõ malo aĩo sed casualit̃ hoc ꝯtigit. Leo ãt miſcdia motus murẽ dimisit illesum. cogitans intra se ꝙ esset sibi ꝑuus honor si murem deglutiret. Accidit aũt postea ꝙ cum idem leo ꝑ siluã transiret in laqueũ cecidit. ꝛ suis dentibꝫ laqueũ dissoluere nequit. nec se a captiuitate liberare. vñ ꝛ querulose cepit rugire. qd audiens mus cui leo ꝑus ꝑpcit videnſqꝫ leonẽ laqueatũ eum agnouit. ꝛ recordatꝰ beneficiorꝫ leonis corrosit ꝛ dissoluit cordas retis siue laquei. quibꝫ dissolutis leo liber abcessit Et vt dr̃ autor ille leo dans grates muri dedit seipm ad nutũ muris. eo ꝙ liberauit eum a morte Moralit̃ sic potẽtes nõ debẽt ſpnere debiles ꝛ impotẽtes. qꝛ multotiẽs paupes pñt ꝓdesse diuitibꝫ

De miluo egrotante.

pestis ḡuitate talꝭ auis suã rogat
Morbi mole iacet miluus matremqꝫ precatur.
.i. dijs sacrificia orõnes
Ut pro se superis det sacra detqꝫ preces
dixit .i. o fili .i. sacramẽta
Mater ait. mi nate deos ꝛ sacra deorum
offendisti recordant̃ .i. mala oꝑa tua
Lesisti. recolunt impia facta dei
delicti vindicãtes impendũt penalitatẽ
Criminis vltores pensant pro crimine penam
ꝑ qñ .s. deorꝫ offenderes metuẽda
Dum sacra turbares pena timenda fuit
miluũ sc̃ mortꝭ mansuetũ sc̃ cogit
Te cogit timor esse pium. te pena fidelem
iste pauor ista ꝯtritio cũ morte tarde
Hic timor: hec pietas cum nece sero venit
deturpat suã q̄re imaculatas inhitat ecclãs
Qui maculat vitam. cur mundas incolit aras
oꝑa opprimũt q̄re oꝑa subleuẽt
Quem sua facta premunt. cur sua facta leuent

Hic au. po. aliã fabulã. cuiꝰ documentũ est. ꝙ ille q̄ ꝑ totã vitã suã crudelit̃ vixit in fine cũ viderit mortẽ instare sepe frustra diuinũ inuocat auxiliũ. Istud nob̃ innuit ꝑ miluũ. quodã eñ tpe miluus magnã incidit egritudinẽ. ita ꝙ de vita desparet. rogauit igit̃ matrẽ suam vt ꝓ sua sanitate deũ exoraret. Cui mater rñdit. fili mi tu offendisti deos ꝛ sacra deorꝫ. iõ dij recolunt iã tua praua oꝑa. q̄re dabũt tibi penã tuis demeritꝭ ꝯdignã sed qꝛ infirmaris iã imploras deorꝫ auxiliũ. sꝫ tarde. qꝛ hec pena timẽda fuit qñ peccasti. vñ timor ꝛ pena mortis cogũt te nũc esse pium ꝛ fidelem Moralit̃ sic viri criminosi cũ viderit mortẽ sibi iminere inuocãt viros scõs ꝛ religiosos vt ꝑ ipsis orent ad dñm deum. sed est nimis tarde.

De lino et hyrundine

pducat de segete s^e seminatū
Ut linum pariat lini de semine semen
fouet terra volucres monet tal' auis timore
Nutrit humus. sed aues tangit hyrundo metu
hyrūdo iā seminatū s^e auib⁊ mag̃ pˀicula
Hec ait. hoc semen nobis mala damna minatur
eradicare semina semīata pˀiculis
Vellite pro nostris semita sparsa malis
s^e auiū ꝯtēnit bona ꝯsilia īutiles curas
Turba fugit sanos monitus. vanosq; timores
repˀhendit .i. ex terra .s. linū virescit
Arguit. exit humo semen. ⁊ herba viret
iterū talis auis ꝯsulit obuiare futura deridēt
Rursus hyrundo monet instare pericula. rident
volucres ꝯcordat
Rursus aues. hominem placat hyrundo sibi
.i. cum hoīb⁊ morans modulatōe applaudit suaui
Cumq; viris habitans cantu blanditur amico
p qꝫ ꝓspecta nocere iacula
Nam prouisa minus ledere tela solent
eradicat' efficiunt' laquei .s. agricola
Iam metitur linum. iam fiunt rhetia. iam vir
capit volucres recogˀscēs inculpat
Fallit' aues. iam se conscia culpat auis
bonū ꝯtemnit s^e ꝯsiliū
Utile consilium qui spernit. inutile sumit
securus laqos iuste incidit
Qui nimis est tutus retia iure subit

Hic au. po. aliam fabulā cuiꝰ documentū est ꝙ nullꝰ debet ꝯtemnere ꝯsilium alterius. qꝛ accidit multotiēs ꝙ respuētes ꝯsilium alioꝝ inutiles fiunt. vñ freq̄nter eis malum euenit Istud declarat' nobis ꝑ hyrundinē et alias aues. quodā eñ tpe hortulanꝰ seminauit semen lini in agro. ad quē hyrundo ⁊ alie aues ꝯsueuerūt venire ꝓ neccārijs. hyrundo ꝓo pˀsciens futurū malū ammonuit alias aues resistere huic seminatiōi dicens. hoc semen multiplex pˀiculū nobis inferet. ḡ euellamꝰ illud ne malū inde venturū nobis eueniat. sed alie aues hyrūdinis ꝯsiliū spreuerūt. qđ videns hyrundo suū genus ꝯuocauit. ⁊ fedus pacis cum hoīb⁊ iniuit: Erat aūt forma pacis ista. ꝙ neutra pˀs in damnū alterutriꝰ cogitaret: ⁊ sic hyrūdines in signū federis in domib⁊ nidificauerūt. Tpe ḡ messis aduenīete hortulanus linū sibi collegit. ⁊ retia ⁊ laqos inde ꝯtexit. ꝑ quos oēs alias aues decipiebat. q̄ sic decepte recognouerūt ꝙ stulte hyrūdinis ꝯsiliū ꝯtempsissent. Allegorice ꝑ aues intelligere possumus pctōres. ꝑ hyrundinē vero spūales hoīes. qui sepe ammonēt pctōres vt desistāt ⁊ abstineāt a

Liber Esopi

peccatis. sed pctores ammonitōem z doctrinā spiritualiū ↄtemnētes tā dem p̄ gratia dyaboli capiunt. z eterno igni traduntur

De pplo athico regem eligente

apta imitari ꝟtutes ornare s. pn̄tem
Tabula nata sequi mores: z pingere vitam
monet euites imiteris viā
Tangit quod fugias. qꝺq; sequaris iter
pncipe .i. dn̄i indigēs .i. n̄ viuēs sine lege
Rege carens nec regis inops. sine lege nec exlex
s. alicui⁹ tulit illa ps grecie ꝟuituē
Absq; iugo gessit atthica terra iugum
securitas volūtarie coegit
Libertas errore carens se sponte subegit
verecūdia s. acceptā vigorosior gladio
Et pudor ob legem fortior ense fuit
voluntatē pncipē plebs tuta petit
Ne libitum faceret regem gens libera poscit
s. gens remouere pcepta sustinuit
Et que non potuit pellere iussa tulit
incepit laudare pbos corrigere s. hoīes
Rex cepit linire bonos. punire nocentes
quecūq; subleuāda subleuās ↄculcāda arcens
Queq; leuanda leuans. queq; premenda premens
aggūat .i. in noua lege
Hos onerat nouitas ciues in lege nouella
s. sustinere potuerūt
Quod leniter poterant vix potuere pati
ciuitatē grauē legem gemebūdo aīo sustinentē
Urbem triste iugum querula ceruice ferentem
iste liber ostendit ↄformia dicens
Esopus tangit consona verba mouens

Hic au. po. aliā fa. q̄ est ꝙ q̄ndā ppl's atthicc⁹ liberrim⁹ suā nō potēs ferre libertatē elegerūt sibi regē. qui regali potit⁹ sceptro cepit eleuare bonos z opprimere malos dcm̄ ppl'm adeo coarcēs ꝙ vitā quā p̄us duxerit liberrimā vix iā in ꝟuitute obtinere poterāt. Un̄ postea querceloso aīo defleuerūt libertatē amissam. Tūc dt in fine. ꝙ p̄ istū ppl'm quālibet ꝟeat ciuitatē grauib⁹ legib⁹ z exactōib⁹ oppressaz. Allegorice p̄ istū pplm intelliguntur illi q̄ vitā liberā hn̄t. z nō ↄtenti in illa subdūt se viciis. z sic efficiūtur serui z miseri. qz q̄ pctm̄ facit ꝟuus est pcti. Moralit̄ hic instruim⁹ ꝙ null⁹ liber d3 se subdere ꝟuituti iuxta illd. Alteri⁹ nō sit q̄ suus esse pt.

De ranis regem hēre volentibus

qn̄ ausum fuit liberas molestare
Cum nihil auderet petulantes ledere ranas
rogauerūt illū deū sine dn̄o essent
Supplicuere ioui ne sine rege forent

Ille deus isti petitioni derisionē attribuit audax secūdarias
Jupiter huic voto risum dedit. ausa secundas
orōes inopinatū audit in fluuio strepitū
Rana preces. subitum sentit in amne sonum
p qr illo deo mittēte p rege trunci ipetu fluuio q̄ssato
Nam ioue dante trabem. trabis ictu flumine moto
demersit repētinus s^e ranar pauor
Immersit subitus guttura rauca timor
mitigato redierūt timore videre .i. trabem
Placato rediere metu, spectare tigillum
manēdo a lōge pncipē valde timuerūt
Stando procul regem pertimuere suum
postq̄ nouerūt truncū nō valere
Ut nouere trabem per se non posse moueri
p rege dederūt tercias pces illi deo
Pro duce fecerunt tercia vota ioui
iracūdia cōmouit s^e aliū ɔtulit demisit serpentē aq̄ticū
Ira iouem mouit. regem dedit. intulit hydrum
coluber apto ore incepit intrare amnē
Hydrus hiante gula cepit inire lacum
clamorē facit fluui9 pimus benigne d̄s exaudi
Clamitat ecce lacus. morimur. pie iupiter audi
o deus s^e nos o deus ɔfer solamē
Jupiter exaudi. iupiter affer opem
ranas deuorat vter9 .s. hydri cibus regis
Nos sepelit venter. nostri sumus esca tyranni
remoue stragis cladē tribue pacis auxiliū
Aufer cedis onus. redde quietis opem
iupit dicit optatū mg̃no desiderio sustinete regē vr̄m
Ille refert: emptum longa prece ferte magistrum
vlciscat ppetua libtates ɔtēptas fuitus
Vindicet eternus ocia spreta timor
merces floccipendit
Omne boni precium nimio vilescit in vsu
efficit amari saporis carius s^e acquisitū
Fitq; mali gustus dulcius omne bonum
possidet decēs est bilar' tenēdo
Si quis habet quod habere decet. sit letus habendo
s^e hois nō fiat .i. ppie libtatis
Alterius non sit. qui suus esse potest

Hic au. po. aliā fabulā ɔsilem fabule pcedenti. cui9 documentū est. q̄ho exn̄s in q̄eto statu nō dz se cito mouere ab illo Item omne bonū diu

Cum cōmento

vsitatū nullo amore pmixtū nequaꝙ̄ delectabiliter sapit. Nā hō assue factus in delicijs nescit qd est delicata vita nisi qñ patit miseriaꝫ. Istud nobis innuit p ranas qui quōdā habuerūt vitā multū liberā. que cū eis nō sufficeret ꝯtinuis pulsabāt precibꝫ ipm iouē vt dignaret eis ꝯcedere regē qui regeret eas. Jupiter audiens deridebat eas. Scđario instabāt rane pro rege: Jupiter audiēs rogatōes ꝯtinuas misit eis regē cui obe dire deberent. scꝫ trabē. qui cū de supioribꝫ esset pcipitata totā quassabat aquā. stupebāt ergo oēs rane in aduentu magni regis. ⁊ ab eius ꝯspectu fugientes in antris suis se occultabāt. Postea sono mitigato rane expo nere ceperūt capita sua ex aqua ⁊ venerūt ad salutādū regē. Cū aūt vi dissent ꝙ rex eaꝝ. scꝫ trabs p se nō moueret dicebāt ꝙ ille rex esset peni tus inutilis. qꝛ sup eū residentes viliter eū pedibꝫ ꝯculcabāt. Tūc iterū rane rogauerūt iouem pro nouo rege dicentes. illū (quē miserat iupit) li gnū esse ⁊ oīno ignarū. Jupiter ergo cū indignatōe misit eis colubꝝ mi re magnitudinis. Coluber aūt rex ferocitate innata nullū pepcit. sed oēs (q̄s regere deberet) eripuit et deuorauit. Tūc inceperūt oēs rane a con spectu tyrāni fugere nō audientes ꝯparere. sed occulte mala sua nuncia uerūt ioui vt auferret regē oēs vnanimit rogabāt. Quibꝫ rñdit iupit. ha beatis regē vestruꝫ. p quo diu institistis. ⁊ qꝛ fuistis in pace sitis semp in miseria Allegorice rane pñt dici hoīes cuiuslibet status qui spernentes seruire mitissimo dño nr̄o Jesu christo applicant se seruitio diaboli q̄ eos postea in inferno crudeliter cruciant

De miluis et colūbis

Falconem auis capacissimi .i. luctatōes

Accipitrem milui pulsurum bella columbe

capiūt dñm .i. in dānū laborat

Accipiunt regem. rex magis hoste nocet

scꝫ colūbe ꝯqri ꝯmodosius

Incipiunt de rege queri quod sanius esset

luctatōes scꝫ milui dño

Milui bella pati ꝙ̄ sine marte mori

aliq̄d facis sapiēter .i. inspice

Si quid agas prudenter agas. ⁊ respice finem

sustinere pīcula desidero scꝫ pīcula sustineā

Ferre minora volo. ne grauiora feram

Hic autor ponit documentū ꝙ in oī ope debemus respicere finē actuum nostroꝝ. qꝛ actꝰ nostri nō reddūtur moraliter boni nisi ex pte finis. Aliud documentū est ꝙ de duobꝫ malis minus malū est eligendū. qđ innuit no bis p colūbas sic. Quodā em̄ tpe colūbe debebant habere guerras ꝯtra miluū. cui volētes resistere elegerūt accipitrē sperātes p eū tueri ꝯtra mil uū. Sed accipiter postꝙ̄ rex factꝰ est. psequtur eas plꝰ ꝙ̄ miluꝰ eas dilace rando. quapropter colūbe dixerūt adinuicē ꝙ melius esset sustinere bella milui ꝙ̄ sic interfici a rege ⁊ mori sine bello Allegorice q̄ seruit dño p̄ uerso cā defensionis pdit auxiliū qđ q̄siuit. Moraliter innuit ꝙ quilibet in suo statu (licet patiat aliquā aduersitatē) illā debet patienter tolerare ne postea sibi ꝯtingant grauiores

De fure et cane

et hẽ dico clamãte pjecto nutrimẽti
Fure vocante canem protenso munere panis
despecto tales rñsiones dt
Spreto pane. canis talia verba mouet
taceã munera cupiũt student
Ut sileam tua dona volunt. furtisqꝫ laborant
aditũ nutrimẽtũ sustineo oĩa
Esse locum: panem si fero: cuncta feres
portat donũ nocumẽta occultat laqueus
Fert munus mea damna tuum. latet hamus in esca
canẽ nutrimẽto iste panis
Me priuari cibo cogitat iste cibus
noon diligo magis nutrimẽto diurno
Non amo nocturnum panem plus pane diurno
hõ extrane⁹ ɔgnito nõ est placid⁹ inimic⁹.s.dño
Aduena plus noto non placet hostis hero
ꝑuabit ꝑuũ tp̃s nocturnũ tempoꝝ
Non rapiet nox vna mihi bona mille dierum
nõ volo oĩ tp̃e indigere saturat⁹
Nolo semper egenus esse. semelqꝫ satur
ꝑ latratũ tuas rapinas.s.e° canis volũtarie
Latratu tua furta loquar. nisi sponte recedas
canis tacet .s.fur .s.i domo canis latrat.s.fur recedit
Hic silet: ille manet. hic tonat. ille fugit
aliqd attribuit inspice aliqd
Si tibi quid detur. cur detur respice cum des
tribuas o hõ refrena
Cui des ipse nota: teqꝫ gulose doma

Hic ponit documentũ ꝙ nõ oĩbꝫ fides adhibenda est. sed viris ɔstãtibꝫ et fidelibꝫ. Nã qui cito credũt cito decipiunt. ⁊ qñqꝫ inde magnã patiuntur miseriã. Unñ fabula ista vult ꝙ nõ debem⁹ oĩbꝫ fidẽ adhibere nobis munera ꝓmittẽtibꝫ aut etiã dantibꝫ. sꝫ debemus videre cãm cur dent et ad quẽ finẽ hoc detur. Qd nobis declarat ꝑ vnũ furẽ ⁊ canẽ. Quodam enĩ tp̃e fur qdã egressus de nocte ad aliqd furtiue acqrendũ a casu intrauit domũ cuiusdã viri in q̃ erat canis ꝑuigil. q laborauit suis latratibus furẽ effugere. sed fur vt iram canis ꝑparet panẽ ei obtulit. Cui dixit canis. Panẽ tuũ minime curo. quẽ ad me decipiendũ mihi dare cognosco scio enĩ ꝙ cã furandi huc venisti. ⁊ ideo mihi ꝓbes panẽ vt taceã vt sic tucius furari posses. qd nolo ꝑmittere. qꝛ nisus es me ꝑuare cibo domestico. ⁊ ergo nisi sponte recedas tua furta meis latratibꝫ corã oĩbꝫ manifestabo Sic moraliter saluatũ est quicqd bono et fideli impenditur. qui accepti beneficij nunqꝫ obliuiscitur. ad hoc semper intendens vt vicez similem benefactori reddere possit

De lupo z succula

petit pducat .i.sus plem
Uult lupus vt pareat maturum succula fetum
solicitudinē pmittit
Seqz noui curam spondet habere gregis
dixit solicitudine s° o lupe e° sus seruies
Sus aut. hec cura careas. mihi nolo ministres
timēt seruitiū pueri nostri
Horrent obsequium viscera nostra tuum
vade. remote parere .i. ples
I procul vt tutos liceat mihi fundere fetus
vade remote clemētia pueniēs. s. succule
I procul hec pietas non erit apta mihi
p filijs pcipit timorē habuisse
Pro natis natura iubet timuisse parentem
termio pcesso lup⁹ recedit. s. sus pducit
Fine dato verbis. hic abit. illa parit
.i. hora hominib⁹ pba
Tempore non omni non omnibus omnia credas
scz ille. hoī fallaci reputat fallax
Qui misero credit. creditur esse miser

Hic autor ponit aliā fabulā cui⁹ documētū est. q nō oīb⁹ fides est adhibenda. nā qui credūt miseris deceptorib⁹ sepe psequūtur inde miseriam: qd nobis declarat p lupū z succulā sic. Quodā em tpe lupus qdā supuenit vbi parere sus deberet. z lupus accedens iuxta eam obtulit suū seruitiū dicēs: Audiui te in partu laborare z ergo veni cupiens tibi assistere z in tāta necessitate obsequiū fidele pstare: vestras tenēdo ples z modeste tractando. Cui sus rndit. si mihi auxiliū ferre venisti nūqz hoc melius facere potes qz si festinanter procul recedas. qz qto remotior es tanto carior mihi eris z vtilior. est em turpe viris talibus interesse negotijs Nam cū aliqua mater parit ipse pater excludit z abesse iubetur. quanto magis ergo aliquis extraneus debet excludi a talib⁹ Moraliter. sic puersis z falsis minime credendū est. q malū bono paleant. dulcia em pferunt sed vulnera tradūt. De quib⁹ dr in euangelio. venīūt ad vos in vestimentis ouiū. intrinsecus aūt sunt lupi rapaces

tale elmētū illa inflatio .s. interi⁹ dolores
Terra tumet. tumor ille gemit. gemitusqz fatetur
qsi annihilat. s. tā vir qz mulier pp timorē
Partum. pene perit sexus vterqz metu
inflata ē terra .i. ostēdit parituram
Cum tumeat tellus monstrat se monstra daturam
de hoc timent scz hoc dānū abhorent
Hinc homines trepidant. z prope stare timent

Liber Esopi

letitiā illa inflatio reuertit inflata tale vile aīal
In risum tumor ille redit. nam turgida murē
tellus ꝑducit. risus pauor
Terra parit iocus est quod timor ante fuit
efficit sᵉ faciēda dicūt
Sepe minus faciunt homines qui magna loquuntur
ꝑducit magnos parua timores
Sepe gerit nimios causa pusilla metus
Hic ponit documentū ꝙ v̄bosi ꝛ ꝓsumptuosi sepe min⁹ faciūt ꝗ̄ hoies
taciti. Cōcludit etiā ꝙ ex minima re sepe euenit magnus timor. qd de/
clarat nobis ꝑ terrā. Quodā eīn tpe terra emisit magnum sonū ꝛ tume
bat ꝛ tremebat. ꝓpter qd q̄si oēs hoies pre timore perirent. Et cū terra
sic tumeret asserebat se pariturā vnū monstrū magnū ꝛ horribile quale
ante nō fuit visum. Et ergo hoies ꝛ cetera aīantia trementes non aude/
bant ꝓpe stare vbi terra sic tumebat. Postea vero terra turgida peperit
murem. et hoies hoc audientes (qui p⁹us timuerūt) ridebant. ꝛ inuicem
iocabant. Est ergo documentū ꝙ homīes (qui multa loquūtur) sepe
minus faciūt. ꝗ̄ qui sunt taciti ꝛ pauca loquentes

De lupo agno et capris

.i. capra ꝑ ꝗ̄ gaudet iuuenis
Cum grege barbato dum ludit iunior agnus
scꝫ agnū animi dicordātia
Tendit in hunc mentis dissona verba lupus
q̄re fetidā purā imitaris magis
Cur olidam munda sequeris plus matre capellam
tale nutrimētū donaret suauis mater tua
Lac tibi preberet dulcius ipsa pares
sᵉ mat accelera tuā postula dona sᵉ tue
Est prope. festina matrem. pete munera matris
ꝑ q̄ tenet mām̄as scꝫ agno
Lac bibe. nam seruat vbera plena tibi
sᵉ dicit benigna agno prebet
Agnus ad hec. pia capra mihi lac dulce propinat
agnū loco mee nutrit genitricis
Me vice matris alit. me vice matris amat
scꝫ oui sᵉ meo vitā h̄re sᵉ ego agnus
Non mihi sed domino prodest me viuere: viuo
sᵉ dn̄s .i. dorsa multas lanas
Ut metat in tergo vellera multa meo
oui ꝯuenit foueri fomēso capre
Ergo mihi prestat nutriri lacte caprino
mee sugens deuoret scꝫ lupino
Quam lac matris habens merga.i.in ore tuo

supat diuitias tutã habere
Omnes vincit opes securam ducere vitam
miserius nullũ ens misera fruitio diuitiaꝝ
Pauperius nihil est q̃ꝫ miser vsus opum
sᶜ est bono ꝯsilio vilius sᶜ ꝯsilio
Nil melius sano monitu. nil peius iniquo
documẽtũ imitat̃ iniquũ
Concilium sequitur certa ruina malum
Hic ponit documentũ ꝙ nihil est meliꝰ bono ꝯsilio. imo q̃libet prudens
dꝫ seq̃ bonũ ꝯsiliũ. Etiã includit̃ ꝙ illis (q̃ loquũtur deceptorie) nõ ẽ cre
dendũ. Qd declarat̃ nobis ꝑ lupũ ꝛ agnũ sic. Quodã eñ tp̃e ouis q̃daꝫ
ꝯmisit cuidã capre agniculũ suũ nutriendũ: q̃ vberibꝫ capre ꝯsuetꝰ cum
grege capraꝝ siluas ꝛ pascua frequẽtauit. Lupꝰ aũt vidẽs hũc agnũ in
campo. nec audens eũ inuadere ꝓpter hircũ dixit dolose ad eũ talia ꝟba.
o tu agne cur ãbulas cũ ista ferida capra matre tua dimissa. ite ad matrẽ
tuã q̃ seruat tibi plena vbera Agnꝰ ad hoc sapient̃ rñdit. O lupe nõ suꝫ
meĳpsius. sꝫ dño alteri subiectꝰ sum. q̃ me p̃cepit ire cũ grege caprino. cu
ius preceptis parere teneor. Meliꝰ eñ mihi est ꝙ nutriar lacte caprino
q̃ꝫ ꝙ habeã lac matris mee. ꝛ mergar finaliter in ore tuo Concludit̃ g̃
ꝙ q̃libet sapiẽs debet vti sano ꝯsilio ꝛ fugere insanum ꝛc̃
roborauit sᶜ venaticũ velocitate mordacitate. iuuẽtute
Armauit natura canem pede dente iuuenta
agilis atrox roboratus
Hinc leuis: hinc mordax. fortis ꝛ inde fuit
tanta dona capit senectus fortitudine
Tot bona furatur senium nam robore priuat
sᶜ ipiꝰ canis maxillas velocitate
Corpus. dente genas. et leuitate pedes
canis senex capit maxillas exilit debiles
Hic leporem prendit. fauces lepus exit inermes
debilẽ sui corrigit seueritas
Elumbem domini corripit ira canem
dat loquelã canẽ exaltauit. s. iuuentutis
Reddit verba canis. dum me pio protulit etas
valuit euolare fera meã velocitatẽ
Nulla meum potuit fallere preda pedem
ptegit pigritiã. senectutis magnꝰ honor
Defendit culpam senĳ laus ampla iuuentus
ꝑantiq̃ scꝫ debilitate opatiões iuuentutis
Pro sene (qui cecidit) facta priora vigent
nulla delectatio ꝑseuerat vtilitas dilectiõem
Nullus amor durat: nisi fructus seruat amorem

De cane ꝛ ser uo īfideli dño

sᵉ hō .i. tante dilectōis ꝯmoda ostendit
Quilibet est tanti. munera quanta fecit
i ꝯspcū dñi. sᵉ canis sᵉ spolia portaui
Magnus eram dum magna dedi. iam muscidus annis
floccipēdor p̄terito recordatio sᵉ exhibiti
Vileo. de veteri mentio nulla boni
approbas sᵉ tpe iuuētutis sᵉ tpe senij recōmēdare
Si laudas quod eram. quod sum laudare memento
.i. tibi vtilē expellere. viciū sᵉ est
Si iuuenem recipis. pellere turpe senem
lamētabilit̄ familiari famulat̄. hoī ingrato
Se misere seruire sciat. qui seruit iniquo
misereri famulis prauus
Parcere subiectis nescit iniquus homo

Hic ponit documentū ꝙ hō necessitatus seruire alteri debeat cauere ne seruiat misero ⁊ ingrato. qꝛ seruientibꝫ ingratis sepe frustrat̄ spes mercedis. Cōcludit̄ etiā ꝙ quilibet tpe iuuētutis dꝫ se exercere in bonis opibus. vt tādē illa ꝑueniant ad augmētū remuneratōis. Qđ declarat̄ fabulose sic. Quodā eñ tpe erat q̇dam canis multū habilis ad venādum q̄re dilectus fuit a dño suo. sed successu tpis ꝯtigit illū canē adueniēte senio illa venatōis habilitate ꝑuari. tñ ꝯtigit vno tpe ꝙ iste canis senex curreret post leporē. quē tandē capiebat: sed lepus a dentibꝫ canis euasit. qꝛ canis iam pre senio edentatus leporē illū tenere nō potuit. qđ vidēs dominus multis ꝟberibꝫ canē trucidauit. Canis ꝟo turbatus dixit: o dñe cū erā iuuenis nulla preda potuit meis euolare dentibꝫ: sed iam senio obstante nō valeo tā fortiter p̄das cape. q̄re bona facta tpe iuuentutis debent intercedere ꝑ me antiquo vt habeas me excusatuꝫ. Sed prochdolor q̄diu potui vtiliter vobis seruiui ⁊ tūc a vobis diligebar: sed nūc exquo viribꝫ deficientibꝫ vobis ꝓficere neq̄o. totā vestrā a me auertistis dilectionē. Et iste est modꝰ hodierni tpis q̄diu hoīes ab alijs ꝯsequūtur lucrū ⁊ vtilitatem tamdiu eos beniuole tractāt. sed lucro cessante tepescit amor ⁊ dilectio. Et ğ bene dt canis. Magnus eram cum magna dedi. sed iam vilis est antiquitas mea. nulla mentio habet̄ de bonis preteritis quod tamen est ꝯtra veram iusticiam. Concludit̄ ergo ꝙ ille male seruit qui seruit homini malicioso ⁊ ingrato

De ranis ⁊ leporibꝫ

nemus sonū facit talia aīalia t̄ra aq̄tica stant
Silua sonat. fugiunt lepores. palus obuiat. herent
tardatio circūspiciūt pauent
Fit mora respiciunt. ante retroqꝫ timent
in aīo timores ꝯcordati
Deliberant in mente metus. se mergere pacti
q̄n timent aquas subtꝰ ire cernūt
Cum metuunt. ranas stagna subire vident.

lepoꝝ dixit spē hr̄e. licitū est formidinis
Unus ait sperare licet. non sola timoris
collectio inutili formidat
Turba sumus: vano rana timore timet
bonā decet habere p̄mū p̄ncipiū saluatōis
Spem decet amplecti. spes est via prima salutis
multotiēs timeri nō timēda timor
Sepe facit metui non metuenda metus
scʒ nostri velocitas cordis stulticia leporis
Corporis est leuitas ꝛ mentis inertia nobis
leuitas occasionē portat inertia timorē
Ista fuge causam suggerit. illa metum
timorē habeat metuit grauedie anxietatis
Sic timeat quicunqꝫ timet. ne mole timoris
deficiat intollerabilis recedēte pauor
Spe careat grauis est (spe fugiente) timor
spem habeat timuit q̄ deberēt mori in vita p̄manēte
Speret qui metuit. morituros viuere vidi
s[e] bono ducēte s[e] vidi recedente obire
Spe duce victuros. spe fugiente mori

Hic ponit documentū ꝙ nihil melius est bona spe. Istud nobis declarat fabulose p lepores. Quodā eīn tp̄e vento multum impetuose flante arbores cuiusdā nemoris p flatū venti magnū sonū fecerunt. vnde lepores istius silue territi ceperūt fugere. ꝛ sic fugiēdo venerūt ad quādā paludē quā ptrāsire nō poterāt. ipsi ꝟo sic stantes viderūt ranas in palude se submergere. q̄re ipi ducti erāt ad maiorē terrorē dubitātes an vellent se etiā submergere sicut rane. Ipis ꝟo sic dubitātibꝫ dixit vnꝰ eoꝝ. vero nos nō sumus soli q̄ vano timore timent. qꝛ videmꝰ ꝙ pre timore inutili rane iste submerserūt se. q̄si diceret vane timemꝰ. ꝯsolemur ḡ ꝛ habeamꝰ spem bonā. nā spes est firma via salutis. leues eīn sumꝰ ad currendū viā asperā. licet graues sumꝰ mente. Concludit̄ ḡ ꝙ nullus dʒ ita timere ꝙ careat bona spe. Et dr̄ autor hoīes morituri habentes bonā spem de vita sepe diutius viuūt. ꝛ econtra aliqui victuri per longa tp̄a desperātes de vita citius sepe moriūtur. nihil igit̄ est melius bona spe. ꝛ nihil peius desperatōe. Moralit̄ oīs hō patrie leges ꝛ ꝯsuetudines libenter ferre debet. qꝛ vanū est loca mutare. qꝛ vbicūqꝫ fueris aut ad quecūqꝫ loca fugias semp̄ inuenies tuū superiorem

De capra et lupo

tale aial agnellū ꝯmittit caule ouiū
Capra cibum querens hedum ꝯmendat ouili
hedū capre firma custodit caula clausura
Hunc illi solida seruit ouile sera
hedū sapiēs capra suasione preauisit
Natum cauta parens monitu premunit amicum

maneat int⁹ nocumēta vagabūdus
Ut lateat. nec sit in sua damna vagus
hed⁹ abscōdit se tāgit ianuas balatu
Hic latet. ecce lupus mouet ostia voce caprina
dicit aperiant ianue pessulate
Exprimit. vt pateant ostia clausa petit
maneas foris agnell⁹ dt falsa voce
Sta procul hedus ait. caprisas gutture falso
indebite lupū foras
Cum male caprises te procul esse volo
genitrix false figurat modus
Ut mea sis mater mentitur himago loquendi
foramē p quā cerno ostēdit
Rimula (qua video) te docet esse lupum
impssa filioꝝ mēti instructio
Insita natorum cordi doctrina parentum
facit honorē s^e doctrina parentū
Sepe parit fructum. spreta nocere solet

Hic ponit documentū q pueri obedientes parentib; sepe ꝯsequūtur cō modū ⁊ honorē de hoc. Et p oppositū pueri spernentes pcepta parētum sepe ꝯsequūtur dāna ⁊ vicia: Un̄ allegorice dr̄ Audiet hic vitricū patrē qui spernit amicū. Istud declarat fabulose sic. Quodā em̄ tpe dū capra qdā ad pascua iret reliqt paruulū hedū in domo. cui pcepit domū obseratā custodire ne qs intraret donec ipsa rediret. Qū aūt ista ad hedum capra dixisset. lupus secrete astitit ante fores audiens qd mater pcepit filio suo. sed capra abeūte lup⁹ dolose venit ⁊ pulsat ante ostiuz incipiēs loq voce caprina. vt cū paruul⁹ maternā vocē audiret subito clausas ianuas aperiret. sz hedus p rimulā ꝯspiciēs ⁊ lupū vidēs sic ait. vocē qdez maternā audio. sed neq; caput neq; pedes eius video. imo himago (quā p rimulā video) docet te esse lupū. qre ad me nō intrabis. Cōcludit g q pueri suis parētib; obedietes prudent agūt. sed nō obedientes sepissime malo claudunt fine. Etiā posset moraliter ꝯcludi q obediētes deo vitaz eternā ꝯsequūtur. sed q diabolo obediūt damnantur

De ceruo et oue

tale aīal agno astāte dicit magnū
Ceruus oui presente lupo sic intonat. amplum
illi⁹ frumēti. teneris soluere restitue ceruo
Uas tritici debes reddere redde mihi
pcipit h aīal obedit ouis scz lupi
Sic iubet esse lupus: paret ista timore iubentis
qr tio statuto pmittit s^e soluere
Namq; die fixo debita spondet ouis
plongat agnellū īfestat pmisso
Fit mora. ceruus ouem vexat de federe. ceruo

sit agnus nō obligāt pacta .i. ꝑ timore
Instat ouis. non stant federa facta metu
s. ouē optuit ꝑcipiēte oia ꝑmittere
Ne decuit cogente lupo quecunqꝫ fateri
s. ouē optuit dolū remouere sibi dolo
Ne decuit fraudem pellere fraude pari
anxietas in ꝑñtia adest vota anxietatꝫ
Cum timor in promptu residet. promissa timoris
nō tenent metus tenent
Arent. nil fidei verba timoris habent

Hic au. po. aliā fabulā. cui⁹ documentū est. ꝙ ꝑmissiones fcē ꝓpter me
tum corpis nō obligāt ꝑmittentē. Cōcludit etiā ꝙ hō cum fraude ꝑt se
etiā defendeie ꝯ malos ꝛ fraudulētos Istud declarat nobis sic. q̊dā em̄
tpe ceruus impetebat ouē lupo ꝑñte dicēs. ꝙ sibi vas tritici deberet. q̄re
ceruus reqsiuit ouē vt sibi satisfaceret. ꝛ lupus h̄ audiens ꝑcepit oui vt
satisfaceret. qd̄ audiens ouis cū magno timore respōdit ꝙ h̄ libēter face-
ret. ꝛ assigtus est termin⁹ solutiōis. termino aūt solutiōis adueniēte ac-
cessit ceruus ad ouē exigens qd̄ sibi ꝑmissum fuerat. ouis aūt respōdit se
nihil ceruo debere. dicens. etsi triticū tibi soluere ꝑmiserim. non tamē sol-
uam. qꝛ solum ex timore ꝑñtis lupi ꝑmisi. si em̄ lupus nō affuisset nihil ti-
bi ꝑmisissem. q̄re nihil tibi dabo Concludit ergo ꝙ ꝑmissiones timo-
re mortis facte nō obligant ꝑmittentē ad satisfaciendū

De rustico et angue

rustici longe alitū nutrierat serpentē
Rustica mensa diu nutritum fouerat anguem
.i. hois serpēs diligere pietatē
Humanam potuit anguis amare manum
pietas magna rustici variat .i. in ingr̄titudinē
Gratia longa viri subitam mutatur in iram
serpētis mittit .s. securi
Ira per anguineum dirigit arma caput
lesionis .s. rustic⁹ paup efficit .i. ꝑ vuln⁹ depaupatū
Vulneris actor eget. se vulnere credit egenum
serpenti rogitat serpens dixit
Angui pro venia supplicat. anguis ait
pellis istas recordat scissuras cuti
Dum cutis hec memorat vulnera facta sibi
s. anguē iterū
Qui me lesit item ledet si ledere possit
vtile est ꝑfido nō adhibere fiduciā
Expedit infido non iterare fidem
peniteat delicti pctm̄ indulgeo
Sed si te pigeat sceleris: scelus omne dimitto

p q̃ꝛ fletus remissionē .i. ꝯtritiōe mētis ꝓmeret

Nam gemitu s veniam vulnere cordis emit

lesit ledere alia vice

Qui semel nocuit vult posse nocere secundo

miscuit ꝑfidus dulcia aconita estimo

Que decit infidus mella venena puto

Hic au. po. aliã fabulã cui⁹ documentũ est. ꝙ hõ semel inuẽtus in dolo sp̄ habeꝛ suspect⁹. q̃ꝛ ẜm iura Qui semel est malus sp̄ p̄sumiꝛ mal⁹ in eodē gñe mali. vꝫ de re. iu. li. vi. Includiꝛ etiã ꝙ forefactoꝛ ex ꝯtritiōe veniã petens dꝫ merito veniã ꝯsequi. Istud declaraꝛ fabulose ꝑ rusticũ et anguē. quodã eñ tp̄e rustic⁹ in domo sua serpentē nutriuit. quapropꝛ anguis merito tenebaꝛ diligere illũ. q̃ꝛ ab eo suũ recepit nutrimẽtũ. nec sciuit ꝙ rusticus ei nutrimentũ ad malũ finē ministrabat. Successu ꝓo tp̄is rusticus iratus intēdebat exequi finē sui mali anguē securi ꝑcussit ꝛ vulnerauit eũ. postmodũ ꝯtigit rusticũ depaupari. depauꝑatus g̃ rusticus cogitauit sibi pauꝑtatē accidisse eo ꝙ anguē ꝑcussisset. q̃re rusticus rogauit anguē vt sibi ignosceret. Anguis aũt rñdit rustico dicēs. ex h̃ ꝙ volebas me interficere tibi nõ credã ampli⁹. etiã nõ sum securus cũ in manu tua tantã habeas securim. nam ex q̊ me semel lesisti timeo iteꝝ a te ledi. tñ q̃ꝛ penitet te delicti. iõ forefactũ tibi dimitto. q̃ꝛ gemit⁹ ꝛ cordis ꝯtritio veniã ꝓmerenꝛ. Concludiꝛ hic etiã ꝙ dulcia ꝛ delectabilia ꝓpter malũ finem alicui exhibita nõ sunt vera dulcia. sed potius venena

De musca et caluo

culex pũgit s̾ hoīem ꝑcutere

Musca premit caluum. caluus vult ledere muscam

ꝑcutiat seipm̄ musca

Ut muscam feriat se ferit. illa ridet

s̾ hõ dt .i. mors ꝓpinqua

Caluus ait. te parca iubet vicina iocari

ꝑcutioꝛ ꝑcutiaris morieris

Si ferioꝛ rides. si feriare cades

sanus ꝑcussus vna vice morieris

Sospes ero decies ictus. semel icta peribis

parata s̾ caluo fauoꝛ s̾ musce

Est mea prompta mihi gratia. surda tibi

merito offendi offendat

Jure potest ledi lesoꝛ. si ledat in illum

a quo ꝑua icepit lesura

Unde breuis cepit lesio. magna redit

Hic au. po. aliã fa. cui⁹ documentũ est ꝙ hoīes debiles potētioribꝫ volentes nocere sepe decipiunꝛ. Cõcludiꝛ etiã ꝙ ex modica re freq̃nter mg̃na lis oriꝛ. Istud declaraꝛ fabulose sic. quodã eñ tp̄e sedit musca sup caput hoīs calui vt ipm morderet. caluus ꝓo sentiēs muscã extēdit manũ suã vt muscã ꝑcuteret. sed seipm ꝑcussit. q̊d videns musca ridebat. Ait ergo caluus. tu musca rides qm̃ ego ꝑcutioꝛ. sꝫ si tu semel ꝑcutiaris mor

morieris. ⁊ licet ego decies ꝑcutiar sanus tñ ꝑmanebo Allegorice per istū caluū intelligi pñt religiosi. p muscā hoīes seculares q̄ religiosos infestant ⁊ deridēt. sed ipsi sententia diuine iusticie ꝯ eos lata eternal'r ꝑibunt

De vulpe et cyconia

illo aiali inuitāte tal'auis s^e hēre
Vulpe vocante venit speratqꝫ cyconia cenam
decipit cyconiā humidis irridēte
Fallit auem liquidis vulpe iocante cibis
qñ lābit s^e vulpes sorbet s^e cyconia tristiciā
Cum bibit ista cibos solum. bibit illa dolorem
ista deceptio ꝯ vulpē machinat' .i. deceptōes
Hic dolor in vulpem fabricat arma doli
modici tp̄s breue cyconia dixit
Sunt pauci mora pauca dies. auis inquit habemus
cibaria valent s^e tu vulpes s^e ad nos
Fercula. que sapiunt. dulcis amica veni
vulpes cyconia cibaria fundit
Hec venit. hec vase vitreo bona fercula condit
admittit .s. stricti .i. cyconiā
Hec solam recipit formula vasis auem
ꝯmēdat cibos visu splēdor dapes denegat
Laudat opes oculo vasis nitor. has negat ori
s^e vasis duplicat scꝫ ciboꝝ s^e vulpis
Formula: sic geminat visus odorqꝫ famem
esuriēs reuertit' decipit'
Sic vulpes ieiuna redit. sic fallitur audens
decipe dolo decipit' s^e vulpes
Fallere. sic telo leditur ipsa suo
.i. nō vis fieri s^e hoīb9
Que tibi non faceres. aliis fecisse caueto
tormēta nō vales sustinere
Vulnera ne facias. que nequis ipse pati

Hic au. po. aliā fa. cui9 documentū est. q nemo faciat alteri qđ sibi nō vellet fieri. Etiā includit' q nemo aliū decipiet ne sibi mō decipiat'. Hoc innuit' nobis p vulpē ⁊ cyconiā. quodā eñ tpe vulpes inuitauit cyconiā ad cenā doloso tñ aīo. ⁊ pauit vulpes bona ⁊ liq̄da cibaria. ⁊ effundit ea late sup mensam. vñ cyconia rostro suo lōgo cibaria illa sumere nō potuit vulpes aūt lingua sua lingēdo sola oīa cibaria sumpsit. Cyconia aūt videns se sic delusam cogitās de vindicta volēs vulpi reddere talionē inuitauit eā paucos post dies in domū suā. ⁊ bona fercula p̄parauit. q̄ in vase vitreo strictū hñte orificiū reposuit. Vulpes aūt ad cenā veniēs cibaria nec lingua nec ore attigere potuit ꝓpter vasis artitudinē Cyconia vero rostro suo lōgo in vas immisso oīa illa cibaria sola comedit. Sꝫ vulpes videns se ea (qua pus decepat) arte delusam tristis ⁊ famelica recessit.

Liber Esopi

De capite et lupo

p qñ ꝑtransit inuenit scia elatū
Um legit arua lupus reperit caput arte superbum
caput decorat mag̃ scia maxillis
Hoc ornat hominis ars preciosa genis
caput vtroqꝫ vertit .i. seq̃ntia dicens
Hoc lupus alterno voluit pede verba resoluens
sine loq̃la maxille .i. sine corde
O sine voce gene. o sine mente caput
obtenebrat delet mētis obtusitas decorē
Fuscat ⁊ extinguit cordis caligo nitorem
.i. mens in mūdo splēdor
Corporis est animus solus in orbe nitor

Hic au. po. aliā fa. cui⁹ documentū est. ꝙ bona naturalia multo p̄stātiora sunt fortuitꝭ. cuiusmodi sunt diuitie pulchritudo ⁊ alia silīa. Includit etiā ꝙ bona aīe sicut boni mores ꝟtutes ⁊ scie p̄ualent bonis corpis vt sunt pulchritudo fortitudo sanitas ⁊c̄. Istud innuit nobis ꝑ q̄ddā caput humani capitis formā hn̄s. Quodā em̄ tp̄e lupus ꝑtrāsiens cāpos inuenit q̄ddā caput artificialr̄ fcm̄ hn̄s formā humani capitꝭ. q̄d sub pedib⁊ suis voluebat dicēs. Tu q̄dē habes formā ⁊ dispōem hoīs sensitiui et cares rōne. si aūt rōem haberes nō sustineres illd̄ q̄d tibi facio

De graculo et pauone

tal' auis ornato tal' auis vestitu
Graculus inuenti picto pauonis amictu
seipm ornat sustinere sp̄nit .s. eiusdē gn̄is
Se polit. et socias ferre superbit aues
s. ꝑgculū esse pluma ostendit
Quem fore pauonem pauonis penna fatetur
nature s. ꝑgculus socius
Pauonum generi non timet esse comes
fraudē ꝑcipit ficti .i. laudem
Pauo dolum sentit. falsi pauonis honorem
arguit coartatā .i. ictib⁊ graculū
Increpat. ⁊ domitam verbere nudat auem
s. ꝑgculus vitat .i. magnā verecundiā
Nuda latet. sociosqꝫ fugit: nimiumqꝫ pudorem
sustinuit aspo s. ꝑgculū rostro .s. pauo
Sustulit. ⁊ duro vulnerat ore comes
exaltās se nimiū cadit in infimis
Ascensor nimius. nimium ruit aptus in ymis
s. ad ruinā magna
Est locus. est leuis hic. illa ruina grauis
magis estimat ꝟtus naturalꝭ ꝓcedit
Qui plus posse putat sua q̄ꝫ natura ministrat

suā ptātē excedēs seipo .s.ad ptātē
Posse suum superans se minus esse putat
gracule apta ptus naturalis
Si tibi nota satis natura mea fuisset
s^e in corpe paup .i.sine plumis esses
Nec vilis nec inops nec sine veste fores
scz bona nō placēt ptinu^9 raptor
Cui sua non sapiunt. alieni sedulus auceps
illud capiēs .s.ille deficit
Quod non est rapiens desinit esse quod est
